

DIE X. FEBRUARII.

S. SCHOLASTICÆ VIRGINIS.

DUPLEX.

Oratio.

**D**EUS, qui ánimam beátæ Virginit tuæ Scholásticæ, ad ostendéndam innocéntiæ viam, in colúmbæ spécie cælum penetráre fecísti : da nobis ejus méritis et précibus ita innocénte vivere ꝫ ut ad æténa mereámur gáudia pervénire : Per.

DIE XI. FEBRUARII.

IN DESPONSATIONE B. MARIE V.

TOTUM DUPLEX.

Omnia ut in Nativitate B. Mariæ Virg. die viij. Septembris, mutato nomine Nativitátis. in nomen Desponsatiónis, exceptis quæ hic notantur.


Oratio.

**S**UPPLICATIONEM servórum tuórum Deus miserátor exaudi : ut qui in Desponsatióne Dei Genitricis et Virginit congregámur ꝫ ejus intercessiúnibus a te de instántibus periculis eruámur : Per eúndem.


Deinde fiat Memoria S. Joseph Confessoris ante alias quascumque Memorias.

Ad Mem. S. Joseph  
in j. Vesperis Ant.  
vij. toni.

EXSURGENS Joseph a somno



fe-cit sicut præ-cépit e-i Ange-lus Dómini,



et accépit cónjugem su-am.